atque a illustrissimo principe me ex suis Archivis ad-
jutum ē Astrinxi illi meam fidem: ut quicquid ex
his mihi commissum atque missum sit, id nemini
sim communicaturus etiam ex huiusmodi illius mo-
numentis et actis confecero: id me illi soli daturum:
et praeterea nemini dum vivam et quanquam pro
huiusmodi labore meo illustriss. princeps centum
coronatos stipendii loco offerat: tamen quo-
niam ego experiendi causa hoc anno hunc
laborem suscepi: tamen nolo id mihi affirmari:
antequam ipse videam quale sit et quantum,
quod sum effecturus: atque ita demum ussi
ipsi etiam placeat principi, atque haec ita pro-
mitto, quatenus historica fides et hoc histori-
cum officium requirit. Caeteris rebus atque offi-
ciis non astringar quam meo officio atque fidei
meae quam reipublicae et Magistratui Argen-
toratensi praestare debeo possint obstare.
Datum Argentorati 8. May Anno. M.DLVII.